

A urbe esset, sacra civibus indulgere postulanti concederent, urbe omnes exacti fuere, bonaque illorum direpta: greges ex villis sacerdotibus adducta tanta copia, ut centena oves uno auro venderentur, bos autem quadrante. Neque vero restititio ulla facta est, cum sequente anno satis haberent Canonici, Regem sibi reconciliati. *Silesta Annales.*

Sal.
Autariate, Illiorum gens amplissima, cum Ardeis olim affidue belligerabant. Belli causa erat Sal, quod in eorum finibus coagulatur ex aqua, quae e vase quodam verno stillat tempore. Exhaustientibus enim & deponentibus sal, ipsum die quinto coagulatur. Convenerat autem inter eos, ut per vicissitudinem congelatorio uterentur loco: convenita vero transgressi, manus conferere. *Strabo lib. 7.*

Scarna.
Pontius Pilatus, cum anno duodecimo Imperii Tiberii missus procurator ad regendam Judaeam fuisset, & Caligulae principis iussu statuum Imperatoris in templo ponere vellet tantus Judaeorum tumultus excitatus est, ut res non procul a defectione fuerit. *Joseph. lib. 18. c. 4. Antig.*
Theodosius Imp. ob statuum aeternam Placillae reginae dejectionem, Antiochenos crudeliter tractare statuerat: Sed a Macedonio eremita placatus est. *Theodoret. lib. 5. c. 20.*

Ager.
Tiberius Gracchus, Tribunus plebis, multitudinis causam complexus, legem promulgavit, qua praescriptum erat, qui plus agrorum possiderent, quam veteri lege permitteretur, ut agros injuste ad id tempus possessos, veteribus dominis cum fructibus restituerent: aut pro precio, quod restituum esset, aequa aestimatio fieret. Vetus lex erat, ne quis supra quingenta telluris jugera possideret, neque majoris armenti supra centum capita, minoris, quingenta passeret. Per haecque veteres Romani inopi multitudine cautum voluerunt, ne omnia locupletibus praedia cederent. Enimvero Romani ab initio Italiam sibi per partes vindicantibus, telluris portiones inter se dividerant, in hisque vel urbes considerant, vel in eas, quae conditae essent, colonos deduxerant: quos quisque sortitus erat, locorum habitatoribus aut colendis tradere, aut precio attribueret. Si quae vero tellus bellorum injuria humano cultu fuisset deserta, eam colere volentibus ita locabant, ut decimam seminum, ceterarum frugum quintam publicè penderent. Pecoribus quoque adhibitus fuerat pendendi vetricialis modus. Ervetus illa agrorum distributio per hunc modum se Romae habuerat. Ceterum immemorata avaritia eò, procedente tempore, evecta est, ut inopi multitudine, partim precio, partim vi propriis praediis ejecta, velut antiquis legibus, paucis divites omnia obtinerent. Quae res effecit, ut quantum Gracchanæ legis promulgatio multitudinem in spem melioris fortunæ erexerat, tantum locupletum animos ira & odio accendit. Gracchus, qui vel malam causam sua eloquentia sustinere potuisset, perpetuis concionibus miserorum civium causam deplorabat: fetas dicere & bestias cubilia & lustra in Italia habere, eos, qui pro ipsa Italia omnibus terris suum sanguinem effudissent, non habere, quò se reciperent: sine domo, sine laribus, cum conjugibus & liberis errare: pugnare Romanos milites & vincere, verum non sibi, sed pauperum luxuriae. Jamque lex lata erat, Trium viri ad agros dividendos creati: cum P. Scipione Nasica, qui plurimum agri possidebat, auctore seditio orta, Gracchus interfectus est. *Sabell. lib. 6. & 7. Enn. 5.*

Insula.
Hiero dux Syracusanorum vicis Mamertinis, rex à civibus & omni militari turba appellatus erat. Mamertini una adversa pugna fracti, suisque viribus diffisi, alii ad Carthagenenses confugerunt, eisque sese & arcem dederunt: alii legatione ad id prius missa, civitatem Romanis tradiderunt. Hiero Carthagenensium partes infeliciter aliquandiu secutus, Romanis tandem se conjunxit. Itaque commissis inter se Romanis & Carthagenensibus, bello primo Punico data occasio. Praevitit hoc Pyrrhus Epirotarum rex, qui Sicilia excedens, retro ad insulam convertit: O qualem, inquit, Romanis & Carthagenensibus palestram relinquo! *Sabell. lib. 9. Enn. 4. ex Plut. Pyrrho, & Livio.*
Veneti & Genuenses, duo illustres populi, ac re maritima praepotentes, aemulatione & mutuis officiis ed venerunt, ut aperto inter se bello decertarent. Discordia causa ex invidia orta est. Genuenses jam inde, ex quo Creta insula Veneto nomini cesserat, nunquam cogitare desisterunt, qua vi qua-

ve arte Venetos ex illius possessione deturbarent. Vix erat adhuc Veneto praesidio firmata, quanta per homines suae gentis, aliquot ad id navibus instructis, sollicitate adori sunt ejus insulae statum. Verum Gregor. XL auctoritate inducias in novem annos inter se duo populi pacti sunt, quae, ut in violabiles essent, interpositus Pontifex anathematis edictum, quo utriusque cavebatur, ne illis tenentibus vis illa fieret. Anno tandem 1258. in apertum bellum simulata erupit, ob templum Divi Sabae Ptolemaide. *Sabellius & Platina in Alexandro IV.*

Circa annum Salut. 1376. maximum inter eosdem bellum exortum est. Calojannem Constantinopolitanum Imperatorem Andronicum filium, Genuensium auxilio, quibus Tenedon insulam promiserat, imperio deturbat. Veneti patrem per arma in partiam reduxerunt, à quo Tenedon insulam acceperunt. Genuenses socios quaesivere Ludovicum Ungariae regem, Franciscum Carrariensem Paduae dominum, Austriacum ducem, & Patriarcham Aquilejensem. Petrus conatus repulsi, ipseque à regina in filium adoptatus est. Sed Alfonsus praestitit Joannem, Caraciliolum ejus amatorem in vincula conjecit, Neapoli expulsi: five quòd male testas regiae libidinis ferre non poterat: five quòd jam solus dominari volebat. Joanna Alfonsum apud Pontificem accusavit, & rescissa priorè adoptione, Ludovicum Andegavensem in Alphonso locum sibi substituit. Inde gravissima secuta sunt bella, mortuoque Ludovico ad Renatum ejus fratrem bellum eodem jure translatum. Duravitque ea contentio usque ad Joannem Renati filium, qui ab excessu Alfonsi cum hujus filio Ferdinando magnis viribus per aliquot annos, sed parum profecto successit bellum gessit. At Joannes regno atque Aenatia insula pulsus, quum in Galliam advanisset, non multò post febre correptus interit, supersit adhuc Renato patre, qui mox & ipse sine liberis atque nepotibus vita excedens, Carolum fratris sui filium heredem constituit. Si sine liberis mortens, Ludovicum XI. Galliae regem, testamento reliquit heredem. Quo jure innox Carolus VIII. ejus filius, non regi ferè sui anno, Neapolim & quae Renati fuerant in Italia, armis sibi vindicavit. Ferdinando juniori magno civium consensu, non multò post Carolo discessum, Neapolim reversus, arcem magno labore à Gallis, qui eas praesidio obtinebant, recepit. Tandem opera Confalvi Agidarii delatatum est, & Galli duces per speciem parandae classis, qua in Galliam eveherentur, in aestuosa loca ablegati, partim morbo consumpti sunt, partim in nave impositi, dubium fraude, an casu, naufragio periire. Ludovicus XII. qui Carolo successit, sedes facit cum Ferdinando Hispaniarum rege, ut Friderico ejusdem ipsi inter se regnum partirentur: Apuliam & Calabriae haberet Hispanus, cetera Galli tenerent. Ad Gallos occupata Capua civitates omnes deserere. Fridericus rex aeger animo, nec corpore satis validus, in Galliam ad Ludovicum sua sponte navigavit, à quo in principatu satis honesto collocatus est. Jam verò cum Hispani ex foderè loca quaedam repeterent, bellum inter confederatos ortum, adversa primum fortuna Hispanorum, sed mox Confalvi Agidarii ductu jam prospera, ut magno vicinis praedio ad Lutim amnem prope Cajetam Gallis, Ferdinando rege Neapolitano sit regno potitus, ann. 1506. *Sabell. Enn. 11. lib. 1. & 2. & Joann. lib. 1. Histor.*

Cum Valentianum, Galliae regis Ludovici duodecimi aviam, Joannes Galeacius Vicecomes pater, antequam ex D. Cesareo vicario Mediolanensium Ducis appellationem esset adeptus, Ludovico Aureliorum duci, Carolo VI. Galliae regis fratri desponderet, doti, qua Alta cum ejus agro, & ingens pecuniae vis contineretur, ut quoque tempore matricula proles desiceret, Valentiana, vel illa defuncta ordine proxima, in Mediolanensium regni jura succederent, expressis verbis caverat. Quam pactationem per se levem (si quod Galli asserunt verum est) utpotè in imperii interregno, quo tempore imperii administrationem sibi Romani Pontifices vindicant, pontificia auctoritas confirmavit. Quare cum postea Philippinae Vicecomitis interitum, Joan. Galeatii virilis proles esset extincta, Carolus Valentianus filius, Aurelianensium dux, ejus regni successionem sibi deposcere cepit: quam sibi eodem tempore & Fridericus III. Cesar, quasi progenie, quae in Joanne Galeacio, à Venceslao Romanorum rege concessio devoluta esset, & Alfonsus Aragoniae & Neapolitae, Philippo testamento haeres institutus, arrogabant. Sed cum Francisci Sfortiae, qui, ut ama aliquo colore muniret, Blancam conjugem suam, Philippi unicum, sed no-

Civitas.
Galeacius Sfortia, Insulatum dux, cum Forum Cornelii ejecto Taddao Manfredò occupasset, amque urbem in dotem Catharinae filiae ex pellice suscepit, ut Hieronymo Riaro Xysti IV. notho matrimonio jungeretur, dedisset Florentini, qui ex foederatis jure eam urbem magno momento Reipublicae futuram sibi à Galeacio concedi postulabant, id tulerunt indignissime. Et propterea Laurentius Medicus Reipab. Princeps à Xysti amicitia sese abalienavit. Quae res maximum bellum fomes exitit, cum Pontifex conspirationem cum Ferdinando Aragonio facta, Venetos pontificia auctoritate, Galeacium novae affinitatis conjunctione, Florentinis se abstrahaturos speraret. *Brutus lib. 5. Hist. Flor.*

Regnum. Ducatus.
Ptolemaum Alerem Alexandrini exuperant: & ex tribus filiam natu maximam Cleopatram regina fecerunt. Nupti haec Cybiosacti cuidam, qui se Syriacorum regum stirpe ortu simulabat. Eo ob sordes ejecto, alius venit, qui se Archelaum Mithridatis filium simulabat, cum revera Archelaei ejus filius esset, qui contra Syllam bellum gessit. Interea Alerè Romam profectum Pompejus suscepit, & senatu commendavit, is à Gabino deductus, Archelaum ac filiam interemit. Sed non multò post morbo absumptus est, relicta duobus filiis, & totidè filiabus, quarum grandior erat Cleopatra. Alexandrini & puerum natu grandiorè, & Cleopatram regno praefecerunt. Sed pueri familiares mota seditione Cleopatram ejecerunt, quae postea cti forore in Syriam secessit. Interea Popejus Magnus ex Palaeopharalo fugiens, in Casium montè ad Pelusium venit,

Anir, ibique à regis familiaribus dolo obruncatus est. Caesar victor adolecentulum interemit, Cleopatram ab exilio revocavit, Aegypti reginam constituit, atque ei in regni partem reliquum fratrem addidit admodum juvenem. Post Caesaris mortem, & res in Philippis gestas, Antonius in Asiam profectus, Cleopatram summis honoribus complexus est, ut etiam acciperet in uxorem, & filios ea susciperet. Ambo in Achiaco bello fuerunt, ambo fugerunt, ambo postea à Cesare Augusto sunt eversi. *Strabo lib. 17.*

Joanna regina Neapolitanorum, Ladislao rege fratre extincto, cum Jacobum Marchiae comitem Gallum, cui nuptiarum, insolentius secum agentem repudiasset, & paulò post muliebri levitate palam insanis amoribus ferviret, à Martino Pontifice maximo, & Ludovico Andegavense armis petita, Alfonsum Ferdinandii filium, ceterioris Hispaniae regis fratrem, qui cum in Corsica magno apparatu Bonifacium urbem oppugnabat, Neapolim accersivit: ejus virtute & Galorum & Sfortiae tunc longe omnium in Italia fortissimi ducis conatus repulsi, ipseque à regina in filium adoptatus est. Sed Alfonsus praestitit Joannem, Caraciliolum ejus amatorem in vincula conjecit, Neapoli expulsi: five quòd male testas regiae libidinis ferre non poterat: five quòd jam solus dominari volebat. Joanna Alfonsum apud Pontificem accusavit, & rescissa priorè adoptione, Ludovicum Andegavensem in Alphonso locum sibi substituit. Inde gravissima secuta sunt bella, mortuoque Ludovico ad Renatum ejus fratrem bellum eodem jure translatum. Duravitque ea contentio usque ad Joannem Renati filium, qui ab excessu Alfonsi cum hujus filio Ferdinando magnis viribus per aliquot annos, sed parum profecto successit bellum gessit. At Joannes regno atque Aenatia insula pulsus, quum in Galliam advanisset, non multò post febre correptus interit, supersit adhuc Renato patre, qui mox & ipse sine liberis atque nepotibus vita excedens, Carolum fratris sui filium heredem constituit. Si sine liberis mortens, Ludovicum XI. Galliae regem, testamento reliquit heredem. Quo jure innox Carolus VIII. ejus filius, non regi ferè sui anno, Neapolim & quae Renati fuerant in Italia, armis sibi vindicavit. Ferdinando juniori magno civium consensu, non multò post Carolo discessum, Neapolim reversus, arcem magno labore à Gallis, qui eas praesidio obtinebant, recepit. Tandem opera Confalvi Agidarii delatatum est, & Galli duces per speciem parandae classis, qua in Galliam eveherentur, in aestuosa loca ablegati, partim morbo consumpti sunt, partim in nave impositi, dubium fraude, an casu, naufragio periire. Ludovicus XII. qui Carolo successit, sedes facit cum Ferdinando Hispaniarum rege, ut Friderico ejusdem ipsi inter se regnum partirentur: Apuliam & Calabriae haberet Hispanus, cetera Galli tenerent. Ad Gallos occupata Capua civitates omnes deserere. Fridericus rex aeger animo, nec corpore satis validus, in Galliam ad Ludovicum sua sponte navigavit, à quo in principatu satis honesto collocatus est. Jam verò cum Hispani ex foderè loca quaedam repeterent, bellum inter confederatos ortum, adversa primum fortuna Hispanorum, sed mox Confalvi Agidarii ductu jam prospera, ut magno vicinis praedio ad Lutim amnem prope Cajetam Gallis, Ferdinando rege Neapolitano sit regno potitus, ann. 1506. *Sabell. Enn. 11. lib. 1. & 2. & Joann. lib. 1. Histor.*

Cum Valentianum, Galliae regis Ludovici duodecimi aviam, Joannes Galeacius Vicecomes pater, antequam ex D. Cesareo vicario Mediolanensium Ducis appellationem esset adeptus, Ludovico Aureliorum duci, Carolo VI. Galliae regis fratri desponderet, doti, qua Alta cum ejus agro, & ingens pecuniae vis contineretur, ut quoque tempore matricula proles desiceret, Valentiana, vel illa defuncta ordine proxima, in Mediolanensium regni jura succederent, expressis verbis caverat. Quam pactationem per se levem (si quod Galli asserunt verum est) utpotè in imperii interregno, quo tempore imperii administrationem sibi Romani Pontifices vindicant, pontificia auctoritas confirmavit. Quare cum postea Philippinae Vicecomitis interitum, Joan. Galeatii virilis proles esset extincta, Carolus Valentianus filius, Aurelianensium dux, ejus regni successionem sibi deposcere cepit: quam sibi eodem tempore & Fridericus III. Cesar, quasi progenie, quae in Joanne Galeacio, à Venceslao Romanorum rege concessio devoluta esset, & Alfonsus Aragoniae & Neapolitae, Philippo testamento haeres institutus, arrogabant. Sed cum Francisci Sfortiae, qui, ut ama aliquo colore muniret, Blancam conjugem suam, Philippi unicum, sed no-

tham filiam, debere succedere aiebat, arma, artes, felicitateque plus valuissent, Carolus Aurelianensis, qui in bellis inter Gallos & Anglos, Dagincorthino praedio captus, viginquinque annos in Anglia captivus fuerat, ob inopiam & adversam fortunam nec per se id bellum moliri, nec ab Ludovico undecimo Galliae rege, quamvis cognatione conjunctissimo, aliquod auxilium unquam impetare potuisset, neque etiam Ludovicus filius, quamvis regis gener esset. At forore defuncto, cum in Carolo Octaviano pupilli tutela, Annam Borboniorum ducem regis fororem sibi anteponi, ferre non posset, rebus novis excitatus, in pugna, qua inter Gallos & Britannos prope Santalbinum, in ceteriore Britannia commissa fuit, captus, & in Galliam perductus, ibique biennium in carcere custoditus, deinde regio beneficio liberatus, & regis iussu Aetnae moratus, tenai successu Novariam est ingressus. Mortuo vero Carolo Rex Galliae factus, nullo vehementius, quam Mediolanensis ducatus, velut haereditario jure ad se spectaret, occupandi desiderio flagavit, Ludovico Sfortiae in se infolentia, cum Aetnae esset, provocatus. Ideo paucos dies post Caroli regis obitum, non modo Galliae, & propter regnum Neapolitanum Hierosolymae quoque & utriusque Siciliae rex, verum etiam Mediolanensium dux appellari voluit. Nec multò post pulso Sfortia, deinde etiam capto, Mediolanum obtinuit. *Guicciardi. lib. 4. & Sleidamus lib. 10.*

Casò ad Mugacium Ludovico Hungarorum rege à Solymano, Joannes Sepulchus Transylvaniae praefectus, quem Vayvodam dicunt, aspirare cepit ad Pannonici regni fastigium, quando ipse, nulla extante regia prole, inter Hungaros proceres esset clarissimus, & propter victoriam quandam de agrestibus partam, bellica laude illustri habebatur. Itaque singulos proceres diligenter prehensar cepit, obsequantur ne proximis comitis Hungarici nominis decus proderet vellet, si vetustissime dignitatis imperium ad externae arcae inimicae gentis nomen traduci paterentur. Hac via ingressus multum rogando satagendoque Joannes multorum studia promeruit: & tandem, quum neminem in publico luctu competitorum habiturus videretur, quando nemo vel clarissimus candidati nomen profiteri audeat, magno omnium applausu Rex appellatus est. Ferdinandus Rex nitetur transactione, quam Caesar Maximilianus ann. mcccxcxi. G cum Ungaris & Ladislao rege fecerat, quae cautum fuit, quòd si Ladislao abique sobole mascula decederet, uti tum Maximilianus & ipsius heredes, recta linea descendentes, regnum illud obtinerent. Cum ergo Ladislai filius Ludovicus esset extinctus, non relicto liberis, Ferdinandus, qui & nepos esset à filio Maximiliani, & Austriae Princeps, & praefectus Ludovici fororem Annam haberet in matrimonio, jure sibi regnum illud debere confirmabat. Quod cum armis quoque repeteret, victus ad Tocajum Joannes, ad Hieronymum Lascum, virum inter Polonos clarissimum, confugit. Cujus opera Solymano Turcorum Imperat. sic infansuavian, ut cum regem beneficiatum declararet, & Transylvaniae ei armis restitueret, testatus, nihil sibi optatus & melius à maximo numine posse tribui, quam ut miseris, ab ipsius praeteritis hostibus iniqua & indigna perpeffos, sublevaret. *Sile. 1. 6.*

Joannes Hungariae rex Stephanum filium infantem mortens regni haereditatem reliquerat, cum tamen prius à Ferdinando pacem accepisset, licet infans Solymano, à quo fuerat in regnum restitutus, ut se mortuo Ferdinando imperaret. Ferdinandus jus suum armis persequutus, legatum mittit Hieronymum Lascum ad Solymanum, qui ab eo regnum impetraret. Sed Lascum praevenerant Stephanum legati, qui vim à Ferdinando illatam conquesti, tyrannum ita permoverunt, ut Stephanum in clientelam susceptum regem declararet: Lascum verò, qui pro armato rege, pacem interea simulante, intercederet, in vincula conjecit, & strenuè defensionem Budam occupavit, Christianos supra odgingentes captos praeter morem suum cum perfidiae exprobratione crudeliter occidit. *Sab. supplem. lib. 24. ex Jovio.*

Magistratus sacer, Sacerdotium, Pontificatus.
Onia Pontifice Judaeorum sanctissimo per fraudem ad Andronicum, praefecto Antiocheno Antiochi Epiphani, necato, (usu Menelae: Jason frater pecuniam pontificatum invasi. Verum mox à fratre Menelao sceleratissimo pulsus, mille hominum manu urbem clam ingressus, maximam stragem fecit, & Menelam in arcem copulit. Mox Antiochus à Menelao in urbem introductus, Jasonem ad Spartanos fugere coegit. Et sic duorum fratrum Pontificum ambitione & scelere urbs in

A Antiochi potestate venit, & gravioribus malis affecta, quam unquam post Babylonicam captivitatem. *2. Machab. 4. & 5.* Aristobulus & Hyrcanus fratres, suis seditionibus Judæos Romanæ potestati subjecerunt. Cum enim accessit Cn. Pompejo, coram eo de regno disceptarent: sed Aristobulus promissis non stare, quin & ab illius factione Pompejus urbe excluderetur: Aristobulus in vincula conjectus fuit, urbs autem a Pompejo expugnata, libertatem suam amisit. *Joseph. lib. 14. Antiq.*

Leo III. dum supplicationes a B. Gregorio institutas Romæ agit cum populo & clero, Paschalis primicerii & Campuli presbyteri fraudibus ad eum B. Sylvestri capus, ac pontificali amictu privatus, multisque verberibus ad eum cæsus, ut oculis & lingua capus putaretur, in monasterio S. Erasmi in vincula conjicitur: unde postea Albini cubicularii industria custodes fallens, in Vaticanum sese protulit: ibique tandem latuit, quoad Vinigisus, Spoletinorum dux, clanculum accessit, eum incolumem Spoletum perduxit: inde ad Carolum Magnum in Germania contra Saxones bellum gerentem pervenit. Seditioni Leonis & Albini domos e fundamentis dirunt. Carolus Pontificem cum egregio comitate Romanam misit. Leonis ad pontem Milavianum clerus ac populus Romanus obviam factus, eum in urbem introduxit. Carolus post Romanam veniens, acceptaque Imperii potestate, Campulum & Paschalem conjugationis reos capite plectendos censuit. At Pontifex a Carolo obtinuit, ut in Franciam tantummodo relegerentur. *Platina.*

B Paschalis II. suis copiis Gilbertum Antipapam, ab Henrico rege cæcæ, fugere coegit. Quo morte sublato, Richardus Campanus Comes, qui Gilbertum copiis & opibus juverat, in locum demortui Albertum quemdam suscepit Ate-lanum civem, quæ urbs Averfa nunc dicitur, inter Neapolim & Capuam posita. Qui statim ab aliis abdicare se magistratum coactus, relegatus fuit. Caventes autem agri Prænitini incolæ, Theodorici quemdam Pontificem egavere. Verum mox penitentia ducti, quinto & centesimo die a pontificatu dejectum, anachoretæ habitum induere coegerunt, & vitam ducere privatam. Tertius præterea Maginulphus Roman. civis apud Ravennam pontificatus titulum usurpare ausus est: quem & Romani exilio multarunt, & Ravennates omni humana ope destitutum ab urbe sua pepulere. *Platina.*

Mortuo Paschali II. cum de creando novo Pontifice ratio haberetur, uno omnium consensu Joannes Cajetanus Gelasius II. Pontifex creatur. Verum Cincius Fregapanus, qui unum ex suis Cardinalibus collegio præposuerat, in monasterium Palladii irruptens, Pontificem oborto collo in terram dejectum calcibus conterit, in vinculaque conjicit. Cardinales fugam parantes, ex mulis & equis dejicit. Populus Romanus ad ædes Cincii armatus concurrit, eique ac familiarum interitum minatur, nisi propter Gelasium incolumem reddat. Ergo liberatus Papa equum album conscendens, via in sacra Lateranum ducitur, ibique de more coronatur. At Henricus IV. Imper. Mauricum Burdinum Bracharensem Archiepiscopum Antipapam creatum, Fregapanum familiæ commendavit: Gregorius is appellatur est. Gelasius Pisas abiit, inde solvens in Galliam, & Cluniacense monasterium perveniens, pleuræi correptus obiit: Ei Callistus II. sufficitur, Gregor. Antipapa Sutrii se continens, Romanos incuriosionibus vexabat, peregrinos negotia, ac religionis causa

C ad urbem accedentes spoliabat. Callistus comparatus repente copus, Surrexum cepit, Burdinum camelo impositum, in triumphi speciem Romam duxit, vitæque donatum Caveni monasterio includit. *Platina.*

Post Agapei II. obitum Joann. XII. vi pontificatum invadit. Otho I. eo dejecto Leonem VIII. substituit. Romani Leone pulso, Benedictum V. eligunt. Otho Romanos ferro flammeque cogit, Benedictum captum secum in Germaniam abducit, Leonem restituit.

D Joannes XIV. Narnensis Episcopus, Leoni VIII. successit. Verum Romani accessit Joicedo Campanie comite, Joannem captum in Hadriani molem perducunt: inde in Campaniam exilium mittunt. Mox interfecto Joicedo equique unico filio a Joanne Campano Principe, Pontifex xi. mense sui exilii Romam properè redit. Otho Imp. interea Romam perveniens, re cognita, Consul in Germaniam misit, Decarchines laqueo suspendit, Petrum urbis præfectum, sunt qui scribant excusantium Pontifici traditum, abscisa barba, capillus suspensum ad caput equi Constantiniani aliquamdiu stetit: inde asino superimpositum,

verio ad clunes vultu, & manibus sub cauda ligatis, per urbem ductum, & vixis cæsum, in Germaniam exilium missum. Joicedi atque filii cadavera è loco sacro tracta, in profanum projici jussa. *Platina.*

Benedictus VI. Joanni in pontificatu & calamitatibus successit. A Cynthio enim Romano cive captus, in Hadriani molem (quam sancti Angeli arcem nunc vocant) includitur, eodemque in loco non multo post strangulatur: vel (ut Culentinus refert) fame moritur. *Platina.*

Redierat Romam ex Gallia Gregorius XI. Quo mortuo, Romani Italum Pontificem eligi cupiebant, ne Curia de novo, magno suo cum damno, Avinionem transferretur. Disposito ergo apud sanctum Petrum conclavi, collocatque in Vaticano militum stationibus, magna contentio subitò exorta est. Tredecim Cardinales Gallici Pontificem è suo corpore volebant: quatuor erant Italici, quorum unus ex gente Ursina ad pontificatum maximè aspirabat. Sed orta inter Lemovicenses & reliquos Gallos discordia, cum utraque pars è suis aliquem creati vellet, effectus ut Bartholomæum Barensem Archiepiscopum, patriæ Neapolitanam, vel Pisani, extra collegium Cardinalium, Pontificem creatum, absente quemvis, Urbanumque VI. appellerent. At Cardinales Gallici, qui thesaurus Ecclesiæ explaverant, feveritatem Pontificis veriti, Anagninam primo, mox Fundos confugere, ubi primo in Urbanum (ut falsum Pontificem) invecti sunt, quod dicerent, hominem vi creatum, & quasi sede vacante deinde, Joanna regina Neapolitanorum favente, Gebeniansem Cardinalem, qui ante legatus in Italia fuerat, Pontificem delegere, & Clementem VII. appellare. Hinc ortum schisma, cum pars Christianorum principum Urbanum, pars Gebeniansem Gallicis, Urbano Bonifacium IX. sufficitur. Mortuo interea in Vallis quoque Clemente Antipapa, in ejus locum Benedictus XIII. dicitur. Avenione sufficitur. Mortuo Bonifacio Innocent. VII. substituitur. Eoqueque sublato, Cardinales, qui Romæ erant, conclavi ad sanctum Petrum in Vaticano habito jurarunt singuli maximis exerationibus interpositis, abdicatos se statim pontificatu, si sibi deligi ad tantum magistratum congerisset: hac conditione tamen, ut id quoque ab Antipapa fieret. Creatus itaque Gregorius XII. statim quod ante pontificatum promiserat fe facturum, scripto, adhibitis etiam notariis & testibus, confirmavit, suaque manu scripta tabellionum notavit. Cum verò de eligendo loco, quò sine discrimine uterque venire posset, non satis conveniret, Cardinales Pisas, hinc Roma, hinc Avenione advanigantes, uno consensu Gregorium & Benedictum dignitate pontificia privatunt, consentientibus in tam gravem sententiam omnibus nationibus, præter Hispaniam citeriorem, regem Scotiae, & Comitum Armeniaci, qui Benedicto faverant. Initia deinde creando novi Pontificis ratione, Alexandrum V. creatum, Gregorium interim Carolus Malatesta Arimini protexit, Benedictum Ferdinandum Aragonum rex. Mortuo Alexandro, Joann. XXIII. Pontifex creatus est. Cujus mores corruptissimi Concilio Constantiensi, Sigismundo Imp. procurante, occasione dederunt. Illuc vocatus ergo, dignitate dejicitur, & Ludovico Bavarie duci custodiendus traditur. Dejicitur etiam abiens Gregorius, quamvis Bavarus ei exire vetaret. Benedictus quoque ab Hispanis desertus, abiens condemnatur. Et sic tandem anno mcccxxv. cum jam quadriennio Pontifex fuisset Ecclesia, Otho Columna Pontifex creatur, tanta omnium lætitia, ut præ gaudio loqui vix homines possent, qui Martinus V. dicitur est. *Platina.*

E Innocentius II. Pontifex creatur, in Rogerium Rogerii Comitibus Siciliæ filium, hæredem nuncupatum, quod mortuo Gulielmo Apulie duce, omnique Roberti Guiscardi familia in eo deficiente, dominatum Apulie occupare nitentur, movit. Interim Petrus Romanus civis, Petri Leonis potentissimi hominis filius, Romæ Antipapa creatus, & Anacletus appellatus, spoliatus tempus, & Ecclesiæ iuribus suis, è basilica Petri Crucifixum aureum & coronas sustulit, & largitionibus seditionum quemq; sibi conciliavit. Innocentius ad Urbem rediens spontè cessit, & per Pisas & Genuam in Franciam pervenit. Anacletus Antipapa, amicum civium sibi conciliatis, Rogerium in partes suas facit descendentem, quò magis et obnoxiosus esset, utraqueque Sicilia regem creavit. Innocentius celebrato apud Claram montem concilio, Petrum Antipapam cum feccatoribus damnavit, Lotharium inde regem Germanorum Leddi ad fe reducentem animavit, eundemque, mortuo Henrico IV. Imperatorem creavit. *Platina.*

Alexander

A Alexander II. mortuo Nicolao II. abiens Pontifex creatus. At Cifalpinus Episcopus, Giberto Parmensi viro potentissimo annitente, ab Henrico III. Imperatore obtinere, reclamante ejus uxore Agnete, ut Cadolus Parmensis Episcopus crearetur. Cui statim Cifalpinus omnes obtemperavere, præter Mathildem comitissam. Cadolo, ab his, qui Alexandro adversabantur, accio, in pratis Parmensis sub radicibus Aurei montis grave prælium commissum fuit, in quo multi utrinque cecidere. Sed victo Cadolo, Henrici III. iussu Mantuæ Concilio indicto, Imperator in gratiam Pontificis rediit, & precibus ab eo impetravit, ut & Cadolo veniam petenti ignosceret, & Giberto Parmensi, Ravennatis Ecclesiæ Archiepiscopum crearet. *Platina.*

Alexander III. mortuo Hadriano IV. duorum & viginti Cardinalium suffragiis Pontifex creatus est: cui Octavianum Romanum civem, Victorem appellatum, tres alii subrogaverunt. Unde schisma ortum est. Alexander Fridericum primum Imperatorem, Cremonam tunc obsidentem, per legatos rogat, ut interposita auctoritate seditionem tolleret. Ille utrumque Pontificem Papiam evocat. At cum Alexander Angiam fe contulisset, Octavianus Anagninam occupat. Imperator indignatus, dicto suo Pontificem non obtemperasse, Episcopos duos ad Alexandrum mittit, qui eum tanquam Cardinalem ad Concilium citarent. Hi ab Alexandro rejecti, Octavianum Papiam perducunt, & ibi habito concilio, Pontificem confirmant, & equo albo insidentem per urbem Ticinensem ducunt, & de more adorant. Alexander Octavianum & Fridericum anathematis vinculo ligat. Rediens Romam Pontificatus sui anno secundo, cum multos adversarios in urbe inveniret, & exercitus præter Urbem veterem & Anagninam, omnem Ecclesiæ ditionem jam occupasset, in Franciam contendit, conventuque in Claro monte habito, anathema in Imperatorem & Octavianum enunciavit. Concilio autem Divionensi indicto, Fridericum profectus è cum Octaviano est. Verum cum Alexander ad id fe profecturum concilium recufaret, quod ipse non indixisset, Turonice in chœster, Fridericus Octavianum, quem paulò post secutus erat, in Italiam misit. Quo quidem Luce mortuo, Guido Cremenfis in Antipapam Octavianum subrogatur. At verò Romani creatis Consulibus, Alexandro amicis, eum ex Francia revocant: fed reverso in Italiam Friderico, cum is populo Romano pacem promitteret, si fe duobus Pontificibus digniorem eligeret, Alexander noctu abiens, Cajetam primo, mox Beneventum delatus est. Fridericus ab urbe Roma vi pestis pulsus in Germaniam rediit. Moritur interim Guido Antipapa in basilica S. Petri, quam Friderici presidio adhuc tenebat. In ejus locum a seditionibus quibusdam sufficitur Joannes Sarmienfis Abbas ex Pannonia. Reversus in Italiam Imperator, Alexandria frustra obsessa, Papiam venit, & Principibus suis vergentibus, cum jam adisset Venetias Alexander, eò & Fridericus accedens, in vestibulo S. Marci, Pontificis pedes excolatus est: simul deinde de fe deribus pacis convenere. Pontifex Romanam petens, de abrogandis Consulibus agere cum Romanis cepit, antequam pax componeretur. Verum quia res in quinquagesimum annum protraxta, tolli difficillimè videretur, pacti sunt, ut non prius electi a populo Consules magistratum inirent, quam in verba Pontificis jurarent, se ecclesiæ Romanæ fidelissimos fore, nihilque unquam molituros, quod dignitati pontificis obesset. Hoc itaque modo rebus compositis, Pontifex relictus Romam ingressus est, & post longos & assiduos labores, cum jam quietus a seditionibus videretur, pontificatus sui anno xxi. die xix. Romæ moritur, substituit prius è medio iv. schismaticis Pontificibus, quorum ambitio Ecclesiæ Romana fe subvertit est. *Platina.*

B Ex Martini V. sententia Basiliense Concilium indictum fuerat. Et mortuo cum Eugenio IV. substitutus esset, Concilium Bononianum transfudit, Cardinalium omnium consensus. Sed Imperator Sigismundus alique Principes & Prælati, qui Romam Basiliæ erant, Papam bis tervè monuerunt, ut Basiliam unà cum Cardinalibus proficeretur, aliter fe in eum acturos, ut in prævaricatorem & contumacem. Morus istorum verbis Eugenio, Basiliense concilium litteris etiam Apostolicis confirmavit. Verum anno sequenti illud Ferratiam transfudit, quò diceret, Græcos cum Ecclesiæ Romana in fide convertutos, eundem locum sibi delegisse. Instabant tunc concilii Basiliens. præfides, & precibus ac pollicitationibus Græcos adhortabantur, ut omisso Eugenio ad fe proficererentur, & abrogatos fe Eugenio magistratum prædicabant, nisi ipse quoque eò proficeretur. Eugenio

L. B. Theat. vitæ Human. Tom. I.

animi dubius, misit eò legatum Joannem Franciscum Caprellistam Jureconsultum, Patavinumque equitem, qui ejus causam tueretur. Verum mortuo Sigismundo Imperatore, creatoque ab Electoribus Imperii Alberto II. Austria duce, concilium Ferrariense Eugenio nomine Cardinalis sanctæ Crucis inchoavit. Eò proficiscitur & Eugenius, quò ad adventum Imperatorem Constantinopolitanum Joannem Palæologum intellexerat. Peste autem ingruente, Florentiam translatus eò concilium: ibique Græci Latini de professione Spiritus sancti, & primatu Romani Pontificis subscriperunt. Interea Basilienses Eugenio citatos ab eum. Eo non comparente, Amadeus Sabaudie ducem focerum Philippi Vicecomitis Mediolanensis, qui eremiticam vitam ad Ripaliam cum quibusdam nobilibus ducebat, Pontificem creatur, & Felicem quintum appellatur. Hinc magnæ seditiones exortæ, cum alii Felicem, alii Eugenio sequerentur, tertii neutri obtemperarent. Tandem Eugenium Delphinum Caroli regis Franciæ filium ad dissipandum Basiliense concilium incitavit. Mortuo Eugenio, cum Nicolaus V. ei successisset, Fridericus III. Imperator, instante Pontifice, Felicem compulsi, fe pontificatu abdicare: Nicolaus ad eum Galerum cardinalatus misit, legatumque Germaniæ fecit: Venerè & in arbitrium Pontificis Cardinales ab Amadeo creati. Hac concordia adeo lætatis eò populus Romanus, ut insequenti nocte ejus diei, quo hæc audita sunt, mcccclxx. xxii. Aprilis, cum faculis per urbem in equis incederent, clamantes: Vivat Nicolaus Pontifex supplicationes in Vaticano habuit. Idem fecere & reliqui Italie populi. *Platina.*

Ludovico Pio imperante, Moravi peccularem Episcopum cupientes, ad Romanum præfulem scribunt, quantis Bavarorum Sacerdotum rapinis vexentur. Impetrant autem a Romano legatos, qui in Moraviam venientes, ex una pontificali provincia quinque confurunt. Bavarici præfules indignè ferentes, suæ dignitati & redditibus tantum decedere, instigant Principes, ut armis novum consilium disturbetur. Hi prædæ cupidi, integrum mensem Moravos depopulantur: atque spoliis onusti domum redeunt, multis hominibus trucidatis. Deinde vicinos quoque Archiepiscopos extimulant, ut hæc nequaquam pariantur fieri, suæ similitè dignitatis rationem habentes. Hæro Moguntinus acriter cum Romano Papa de hoc facinore expostulat. Sacerdotes G interea Bavarici inito cum Ungaris federe, Moraviam per eodem vastari curantur, sic ut nullum penè doctorem pietatis, usque ad Othonem Magnum (sicuti verba Benedicti septimi sonant) haberint. Simul autem vires Bavaricæ tam fedè attrite sunt, ut longo post tempore respirare vix potuerint. *Avent. lib. 4. A. D.*

Mahometanæ religionis summi Pontifices, Caliphæ dicuntur. Horum sedes princeps Baldacum in Assyria. Cæpere postea Chaitrenses quoque Aegypti suum habere Caliphatum, cum jam Saladinus Sultanus factus fuisset, & hinc etiam nomen accepit, quasi corrector legis, cum prius Josephus diceretur. *Æmil. lib. 5. sub Ludovico Immo.*

Sub Roberto Romanorum Imperatore Brunsvici inter clerum & populum gravis est orta controversia. Clericus Reipublicæ servus beneficium impetrat à Summo Pontifice in Ecclesia majori sancti Blasii: reclamante capitulo, possessionem assequi non potuit. Urgebant consulares cum populo, ut admitteretur: & quum non impetrarent, vim facere intendantur. Capitulum censuris comminatus est prohibebat. Populus appellationis repagulum objecit censuris. Adhærebant populo quidam parochiales pastores & fratres medicantes, qui fulminabant censuras in Capitulum: sed & illi appellationem objecerunt. Ita gravi perinde scandalo excitato, factum est, ut inde clerus majoris Ecclesiæ denunciaret excommunicatos cum populo consulares, divina tamen continuantes è diverto fratres ipsi, & quidam pastores, denunciarent vicissim excommunicatos Canonicos, quum & ipsi divinis non abstineret. Tandem urbe excessere cleri principes, & sese vicinis Pontificibus Halberstadenfi & Hildesheimensi junxerunt. Uterque inde gladius exerceri cepit per multos annos. *Strantz. lib. 10. Saxonie, cap. 28.*

Magistratus profanus.
Vide Tit. Inimicitia xpianis, Collegæ inter fe. Item Tit. Æmuli dignitatis & magistratus. Illic habitus, hic Accidentis, habitum comitantis, habetur ratio.

Otho Imperator contra Vitellium æmulum Brixelli oppido Italiæ circa Padû substitit, & bellum civile molitus, tri-

G 33 bus

A bus primū levibus præliis, hoc est, uno apud Alpes, alio circa Placentiam, tercio circa locum, quem Castoris vocant, contra Vitellianos duces congressus, victor exiit. Quarto apud Bebycum fraude superatus est, cum spe colloqui facta, quasi ad conditionem pacis militibus eductis, ex improviso, & in ipsa consulatione circumvenitur. Unde tædio civilis belli, non desperatione, quando integræ legiones ex Dalmatia, Pannonia & Mœsia expectabantur, 95. imperii die mortem sibi intulit. Suet.

Trebonianus Gallus limitis Mœsiae dux, cum Decium Imperatorem Scythis obtinendum objecisset, & ipse imperio arrepto pacem ignominiosam à Scythis precio redemisset, Amilianus, qui rem præclarè contra Scythas gesserat, limiti præpositus Sarmatico à Decio, à suis Imperator creatus est. Contra eum profectus Gallus, cum Volusiano filio interfectus est in primis præliis, cum duobus annis imperasset, & consensu legionum Amilianus confirmatus. Interea milites, qui in Alpibus erant, Valerianum Imperatorem creaverunt. Quo nuncio accepto, ne bellum oriretur civile, milites Amilianum tercio imperii mense interfecerunt, & sese Valeriano dederunt.

Probus Imperator Saturninum Gallum limitis Orientalis ducem, in Ægypto tyrannidem arripentem: Proculum item Galliae, & Bonosum Britanniae regnum affectantes, oppressit.

Galerius Maximianus à Diocletiano adoptatus (collegam habens Constantium Chlorum à Maximiano Heracleo adoptatum) duos adoptavit: Severum, quem Italiae præfecit, & Maximianum, cui Orientem regendum dedit. Interea prætoriani Imperatorem fecere Maxentium. Maximianus Herculei filium, qui Severum fugientem ad Galerium in Illyricum, Ravennæ captum occidit. Galerius ergo Licinium adoptat, ipse Romanam contra Maxentium pergens moritur. Constantinus Magnus Chlori filius, Maximianum Herculeum fœderum, imperium recuperare conantem, Massiliæ, Maxentium ejus filium Romæ oppressit: & Licinii collega opera Maximianum Orientis præfecit tyrannide deiecit.

Magnentius in Gallia Constante Imperatore interfecto, tyrannidem invasit. Contra illum Constantius ex Oriente movens, cruento prælio ad Mursum victor, & victoriam persequens, Lugduni oblectum manus sibi inferre coegit. Interea Romæ gladiatores Nepotianum, Eutropiæ sororis Constantini Augusti filium, Imperatorem declaraverunt. Quem Heraclides Senator in Magnentii gratiam obruncavit. Sylvanum ducem in Gallia milites Imperatorem dixerunt, & eundem mox Agripinæ obruncavere: cujus caede intellecta, Constantius tanto exultavit gaudio, ut ferè insanus haberetur. Gallo patrele homine impurissimo caelo, Julianum ejus fratrem adoptaverat, & Gallis præfecerat, quem cum milites Augustum salutassent, indignatus Constantius, arma à Persis in Julianum movens, ad Mopis cretas fœbris extinctus, quem vivum ferre non poterat, moriens successorem declaravit.

Valens Imperator. Procopium tyrannum Constantinopolitanum, cui Julianus Apostata imperium videbatur commisit, in Phrygia superavit. Mox quoque fratrem ejus Marcellum, Nicæ Imperium captantem. Valentinianum Firmum in Africa res novas molientem vitit.

Post Lucium Britonum regem extinctum Romani gnati Britannos reges, multatum in populo seditionum, & rebellionum in se fuisse auctores, ut res Romana in Britannia foret quietior, publico vetere decreto, ne quisquam Britannici sanguinis deinceps regia insigniretur dignitate. Id Fulgentius vir nobilis, veteri Britannorum regum prognatus sanguine, ægerimè ferens, Britannus auctor fuit rebellandi, in societatem pertracto Donaldò Scotorum rege & Pictis Severus Imperat. cum filius in Insulam properans, manu confecta ad triginta millia hostium cecidit. Eo illic morbo sublatò, Antonius filius pacem Fulgentio & Scotis dedit. H. Boethius lib. 5.

Theodosius Imp. Maximum tyrannum, qui Gratianum Imp. interfecerat, & Valentinianum juniorem ejus fratrem Occidentis imperio privaverat, ad Aquilejam venit, cepit, necavit, & Valentinianum imperio restituit. Victorem pariter Maximi filium in Gallia oppressit. Mox etiam Eugenium qui Valentinianum opera Arbogastis Gothi strangularat, & imperium in Gallia arripuerat, acie vicibus domuit.

Mortuo Theodosio, & externis & civilibus bellis Oriens atque Occidens miserè sunt concussi. Ruffinus perfidia sua Hunnorum regem Cajanum evocavit, ipse ab Arcadio in-

terfectus est. Silico Honorium generum opprimere cogitans, cum Alaricum Vedgothum in Gallias properantem perfidè violasset, ab Honorio caesus est cum Encherio filio. Gildo in Africa tyrannidem exercebat, à fratre Mascezele: Mascezel à militibus interfectus est. Grastianus in Britannia res novas molitus, à Constantino quodam: Constantinus cum Constante filio à Constantio, quem Honorius Cæsarem creavit, domiti sunt in Gallia. Interea Scotorum & Pictorum copis pulsati sunt Romani Britannia. Jovinum & Sebastianum ejus fratrem in Gallia, Attalum & Heraclianum in Africa, ductu Constantii, Honorius superavit.

Zeno Imperator Basilicum fœderis suæ fratrem tyrannum oppressit, & fame cum filio mori coegit. Illum quoque & Leontium, qui lauros ipse imperandi concitavit, profligavit.

Justinianus secundus à Leontio patricio regno pulsus est: Leontium Tiberius Aspianus. Tandem ope Trebelli Barbarorum regis capta Constantinopoli, Leontium & Aspianum interfecti Justinianus. Vichus tandem à Philippico Bardanio pugna admodum cruenta, & vita simul cum imperio privatus.

Anastasius Arthemius cum tribus annis imperasset, & classem contra Saracenos misisset, & Theodosium Adramytenum invitum creavit Imperatorem, qui ad Nicæam Bithyniæ acie victum Anastasium, monachum fecit. Cæterum sub Leone III. cum Barbarorum ope imperium recipere Anastasius conatur, ab iis Leonis proditus est, & interfectus.

Leo III. Pauli Charulatii opera Gregorium, qui sub Tiberii nomine tyrannidem in Sicilia invaserat, oppressit.

Constantinus V. Iconomachus, Artabadium, qui imperium duobus annis occupavit, prælio victum, & Constantinopoli oblectum, excecavit, & in triumpho duxit.

Paulatim deficientem Magni Caroli prolapia sub Arnulfo Imperatore, & ejus filio Ludovico IV. que centum & aliquot annos felicissimè imperium administrasse legitur, quasi legitimo deservitum hæredè, & in partes à sua compage resolutum, factiones undique, & ex emulatione discordias excitavit, & bellorum motus. Unde nati sunt multi reges, & imperii invasores.

Dum Carolus Calvus Augustus Imperium administraret, ut contineret in fide officioque Italiam, dederat Papiensium ducem Hofonem, Judithæ uxoris suæ fratrem, cui desponsavit Hermingardin filiam Ludovici regis, regemque Provincie creavit. Berengarium autem Eberhardi Foro-Juliensem, & Guidonem Lamberti Spoletanum, proceres juvenutis Romane, per matres Francis, per avias Longobardis cognatione junctos, Principes Italiae, que jam factionibus distrahebatur, honoribus & muneribus Francis conciliavit, alterumque Foro-Julienfium ducem, alterum Spoletinorum dicit, ut Italiam annis in ditionem suam Francorumque redigerent. Hi duo, dum Carolus Crassus Imperator animo corporeque defeceret, inter se conspirarunt, ut Berengar. in Italia, Guido in Francia nomen imperii invaderet. Guido Caroli Crassi interitum auditò, Romam properans, absque Francorum consilio regni Francie unctorem suscepit. At Franci eo absente, Odonem ducem Andegavensem filium Ruperti, regem sibi constituerunt. Guido rebus Francie desperatis, Italiam contra fœdus cum exercitu invasit, & Berengarum ad Placentiam primum, mox ad Brianoniam profugavit. Arnulfum Imperatorem inde veneno positionatum Italia excedere compulsi: sed paulò post obiit, relicto filio Lamberto, qui Berengarium juxta Papiam acie vicit. Eo per insidias interfecto, Berengarius revocatus ab Hilaris Italiam miserè affligentibus pacem redemit. Ejus ignaviam pertrafit, indignati Itali, Ludovicum Bosonis regis Provincie ac Burgundie ex Hermingarda filium, ultro invitant ad regnum Italiae. Ludovicus Berengarium primo regno eiecit. Verum novem post annis ab eodem Verone captus & excecatus est, anno Christi dcccv. & Berengarius multa caede regnum recepit. Interea Saraceni & Hungari Italiam miserè affligunt. Adalbertus Episcopus Comes à loceto Berengario ob perfidiam pulsus, Rodulfum regem Burgundie in Italiam ducit. Quo regno potius per triennium, convocatis Papiam regni proceribus, illis tradidit regnum ipsium moderandi, Burgundia repetens. Veronensis Rodulfo discedente Berengarium insidias Lambertis interfecit. Mox Berengario, cum Hermingarda Episcopi Marchionis Adalberti vidua regnum invasisset, & Rodulfum Burgundie regem in sui amorem

Amorem pertractum, ex hoste amatorem fecisset: Principes Italiae & Pontifex Hugonem Arelatensem Comitem potentissimum ac sapientissimè evocant, qui olim regnum Italiae affectarat, sed à Berengario fuerat pulsus. Rodulfus Burcardo Svevorum duce locero suo ex insidiis caeso, in Burgundiam aufugit, & Francie regno occupato, Hugoni regnum reliquit Italia sine certamine. Cum autem Hugo annis decem Italico præfuisset imperio, Berengar. II. Adalberti Episcopi Marchionis & Giselæ filius, Marchio (qui à Rodolfo Burgundo Italia pulsus, apud Hungaros delinuerat) cum copiis Germanis Hermani Sveviæ ducis ingressus Italiam, ab Hugone superatus, majorib. denuò coactis copiis, secundo in Italiam rediit. Per legatos de pace concordatæ factum, ut Hugo Italia decederet, sed Hugonis filius Lotharius cum Berengario ex æquo regnaret, Hugone paulò post mortuo, Berengar. ex libidine sua moderatus, cum Lothar. biennio tantum parti superles fuisset, viduam illius Adalhelidam, ne dominium Papiense pro dote in alterum cum regno transferret, filio suo conjungere frustra conatus in vincula conjecit. Ipse cum filio Alberto Rom. festinans

Be Augustum Imperatoremque, filium verò Italiae regem dicit. Interea Otho I. rex Germanorum Cæsar factus, Adalhelidam è vinculis liberatam conjugem fecit, & ex ea Otho. II. suscepit, Berengarium cum filio Alberto vincitum in Germaniam duxit, sed post Principum intercessionem, restituit illi Longobardiam, Verona atque Aquileja exceptis. Sed cum tyrannidem iterum exercebat, cum uxore Villa in monte S. Leon. oblectus ac capter, cum conjugè ac filiabus in Bavariam missis: tandem exul Bambergæ obiit: Villa velum assumptis monasticum. Duravit hæc Italici regni confusio annis circiter quinquaginta. Cusp. A. D.

Basilio II. Romani filius xxi. annorum adolescentem, imperium Constantinopolitanum suscipiente, Bardas Sclerus Orientis præfexus imperium affectavit, & varia fortuna usus multis claudibus Basilium affecit, donec tandem à Phoca Barda Eunucho victus, ad Cosroem Babylonium confugit. Interea Bardas à ducibus reliquis Augustus salutatus, acie cum Basilio dimicaturus, equo huius lapsi perit.

Constantino Monomacho Principe ignavissimo imperante, Georgius Muniacus in Epyro tyrannidem affectata oppressus est. Similiter & Leo Tornitus Macedonum opibus fretus, & ad obsidionem usque Constantinopolis progressus, cum victoria uti nesciret, captus & oculis privatus est.

Thomas Federatorum ordinum princeps, Leonis V. Imp. morte intellecta, adversus Michaelen Traulium, qui imperium invaserat, vires colligens, totam ferè Orientalem plagam occupavit: Agarenos finitima queque deprædantes fudit, comætu privavit, pacis conditiones dedit, ut si Rom. Imp. evaderet, fines imperii illi concederet habitandos. Antiochiam ingressus, à patriarcha ejus civitatis Joanne coronam imperii accepit. Michaelis acie vicit, Constantinopolim obsedit. Tandem Bulgarorum auxilium victus, Adrianopoli desertus à suis, & manibus pedibusque truncatus in triumpho ductus, crudeliter cum filio necatus est. Cusp. A. D.

Henricus IV. à Gregorio VII. PP. anathemate notatus, Rodulfum Sueviæ ducem pontificis assensu electum in regem Rom. multo vix tandem sanguine occidit. Saxones Hermannum Luceburgicum regem creantur Islebil, vel (ut alii volunt) Goslarie (ubi tum magnus alii preventio erat, eoque Aliti rex cognominatus est) qui in oppugnatione urbis cuiusdam lapidis ictu perit. Sigeb. ann. 1090. Egbertum marchionem illi successit Henricus post quinquentium oppressit. Conradus filius ab eo in Italia defecit. Henric. V. F. tandem & vita & regno patrem exuit.

Frideric. II. Henrici VI. F. Barbarossæ nepotem, Pontifex Innoc. III. Lugd. anathemate feruit, principes ab ejus fidelitate liberavit, & ne illum alium ex ejus familia regem vel Imper. egerent, dire interminatè est. Eapropter vivente adhuc Friderico, Henricum Thuringiæ & Hassiæ Landgraviam, regem creaverunt, qui Conradum IV. Friderici F. profugavit. Mortuo Henrico eodem anno, Gualielm. Hollandiæ Comes electus, quatuor annis vivo Friderico præfuit, Conradò Siciliæ regnum post mortem patris occupante, & pacificè per novennium Germaniam rexit. Mortuo Conrado, Manfredus Friderici notius Siciliam occupat, Innocentium Pontificem profugit. Clemens IV. Carolum Andegavensem è Gallia evocat, qui cælo Manfred. & securi percussio Conrado Conradi F. quem acie vicerat, Siciliæ regnum pontificis occupavit.

L. B. T. beat. vite Human. Tom. I.

Lothario duce Saxoniæ in Imp. electo, Fridericus Suevia, & Conradus Franconiæ duces, fratres, rebellant, & Conradus in Italia Modociæ regnitulum usurpavit. Multis ultrò citroque cladibus illatis, D. Bernardus Abbas Clarevallensis diffidium composuit.

Conrado III. Franconiæ duce Moguntia in Imp. electo, & Aquilgrani coronato legato Apostolico (quia Coloniensis, ad quem hoc jus spectabat, vix factis initiatus pallio caruit) Henricus Superbus Baviariæ dux, & pater Lotharii Imp. defuncti, qui regalia apud se servabat, electionem ut illegitimam cautus, Ratiponæ ea reddere coactus, bello Imp. tentavit. Proscriptus ab Imp. & ducatu Saxoniæ & Baviariæ exutus, dum eos recipere conatur, morbo obijt. Mox Vnello Henrici fratres causam suscepit. Tandem Friderici Sueviæ ducis intercessionem suscipiit.

Contra Adolphi Nassaviensem, qui astu ad imperium pervenit, improbum hominem, electus est à principibus Moguntia Albertus Austriacus. Prope Spiram cruento prælio sex horis pugnatum. Adolphi tandem ab Alberto ensu vulneratus occubuit.

Henrico VII. Imp. mortuo, mensibus XIII. Imperium vacavit, dum Electorum alii in Fridericum Pulcrum Austriacum, alii in Ludovicum Bavatum inclinant, confobrinos, cum Bavarus ex Mechilde filia, Frideric. ex Alberto filio Rudolfi Imp. natus esset. Ludov. qui vota plura habebat Aquilgrani, in loco quidem quo debuit à Moguntia, affante Treverensi Episc. corona est insignitus: Frideric. qui meliora vota, Bonnæ à Coloniensibus præfule, cujus est primam imperii coronam dare; sed non in loco, quo debuit, coronatus est. Sic igitur divisum imperium, divites fecit urbes & civitates. Divisi sunt & populi. Pontifex Joan. XXII. utriusque literis suis blandiens, reges eos vocavit, ac dilectionis filios, dum inter se diadematentur. Inferiores Rheni civitates usque ad urbem, cum Sels vulgare nomen est, Ludovico adhaerent: Scia verò cum superioribus regni civitatibus Frid. exceptis Berna & Solodoro, quæ neutrum curabant. Sed mox & illæ à Leopoldo duce, fratre regis, coactæ sunt Fridericum agnoscere. Frideric. Leopoldi auxilio Ludovicum magnis assensu cladibus. Sed tandem in agro Salisburgensi, dum temerè, non expectato fratre, in hostem ruit, victor primum, mox ictus est & captus, G

trienno in carcere tetro maceratus, tandem perlassione Prioris cuiusdam Carthusiensis, remotis omnibus arbitris, liberatus est, his conditionibus jurejurando corroboratis, ut uterque, quoad viveret, regio uteretur titulo: Fridericus Italiam non accederet, sed hanc liberam Ludovico permitteret: neque jus aliquod peteret à Pontif. pro ea assensenda. Quod Fridericus sanctè observavit, etiam Joan. XXII. Clemensque VI. crebrò illum in Italiam pro Imperiali corona evocarent. Cusp. A. D.

Tor diffidia & rerum fluctus in Gallia exiret à Ludovico Balbo ad mortem Caroli Simplicis, ut vix certò sciri possit, quis potissimum regnarit.

Henr. I. Anglorum rex Lancastrina familia ab Edovardo duce Eboracensi captus; Edovard. regno suscepto, IV. fe denominari fecit. Comes Varvicensis opera Henricus restitutus. Edovardus Caroli Burgundi ope & procerum Anglorum perfidia Henrico iterum capto rerum potius, post gravissimas clades ultrò citroque datas & acceptas, viros clarissimos & in is Edovardum Henrici F. summæ spei adolescentem, crudeliter interfecit curavit. Hic bel- H list tanta fortissimorum virorum multitudine absumpta est, quanta vel Gallie subingendæ satis esse potuisset. Edovardo mortuo Ricard. III. frater successit. Quem Henricus VII. exul in Britannia, qui solus ex Lancastrina familia supererat, in bello interfecit: regnoque potius, in uxorem ducta Elizabetha Edovardi IV. Eboracensis F. factionum capita matrimonii nodo colligavit, & vetus Athenienfium exemplum imitatus, omnem actarum rerum pariter ac injuriarum memoriam delendam censens, publico edicto sanxit, omnibus parci, ac bona restitui, qui in Henrici fidem venirent, in ejusque verba jurarent, & qui non venissent, post x. dies, quam potestas veniendi facta foret, numero hostium patriæ haberet. Neque tamen hac ratione odia Eboracens. factionis extinguere potuit. Nam Margarita Edovardi IV. foror, que Carolo duci Burgundie nupta fuerat, Lambertum quandam Symenellum, quasi Edovard. electi Clarencei Comitis F. à Ricardò III. rege paruo in carcere conjecit, contra illum armavit, ope Hybemorum lubnixum. Quem Henricus acie vicium

Ggg 4 pro-

A propter aetatem vita donavit, & accipitram curam gerere coegit. Mox Petrum quemdam Darbichum Tomacensem juvenem instruxit, ut se Edwardi IV. regis fratris sui filium esse diceret. Quem primum Carol. VIII. Gallorum, deinde Jacobus. IV. Sotorum reges armis sunt tutati. Sed pace facta, Petrus tandem ab omnibus desertus, misericordia regis in vinculis exspiravit. *Polyd. lib. 22. 24. & 26.*

Stephanus Blesensis Comes, Henrico I. Anglorum rege sine liberis maribus defuncto, regnum occupavit, quod ejus ex forte nepos esset, & Mathildem Henrici F. (que post Henrici V. Imp. nuptias Gofredo Andegavensi nupsit, & ex ea Henricum suscepit) quam pater heredem cum liberis fecerat, contra jusjurandum Henrico datum, regno deiecit. Mathildis Augusta armis causam suam defendebat; & aliquot annos Anglia intestinis bellis exagitata, cum alii Stephanum, alii Mathildem sequerentur. Tandem mortuo Eustachio Stephani F. unico, ortus pater, bellisque cessis, pacem amplexatus est. *Polyd. lib. 12.*

Colomanni F. Stephani II. Ungarie rex liberis ortus, Bela II. patri sui regnum concessit. Quo regnante Borichus Colomanni F. nothos, procerum quorundam studiis accitus, regnum occupare nitentur. Contra quem Bela ducto exercitu, ut proditores comprehenderet, convocata concione suorum, eos percontatus est, an Borichum legitimum Colomanni filium, an adulterum natum, pro explorato haberent? Qui de regno bene sentiebant, respondere: Din se hoc compertum habuisse, Borichum adulterinum esse filium. At reliqui nullitatem ac dicere, Borichum à legitimo matrimonio natum, Rutenam Colomanni conjugem præter fas & æquum adulteri specie fuisse repudiatam. Qui cum tantum fortices se prodidissent, statim supplicio sunt affecti. Lampertum Comitum, à regis pedibus avulsam, frater proditoris impatiens, subselliorum fragmine distracto capite interfecit. Nicolium ejus filium ante regem obrunctum justis. Borichus amisso exercitu cum paucis vix elapsus, viciniam & regnum Bela reliquit. *Bonif. lib. 6. Decad. 2.*

Byzantii morte Mahumetis II. Imp. tumultuatum, ac in partes contrarias itum: alii Bajazethem vel Pizatium stirpis maximum, parte nondum Imperatore, alii Zizimum juradante natum, ad imperium vocabant. Pater procul trans Taurum decellerat, & uterque filiorum aberat. Interea Pazaitani adversarii pulsati, Pazaitii filium in regia sedelocant: vice patris tantisper facturum: qui re allata continuo advolavit. Imp. salutatus, fratrem ad Prusiam Bithiniae cruente prælio victum insecutus procul ejecit: pulsus, in Syriam, atque inde per Arabiam deserta in Ægyptum se contulit, hinc Sultani implorans. Non bello, sed legatione agebat Ægyptius: sed qui circumcolunt satrapas Turcarum reges, à Mahumete magna parte regnorum spoliati, hoc fratrem bello, leti Zizimum ad se vocant, à se ingentia auxilia polliciti: & spes injecta, aliquos fratris satrapas ad eum defectors. Ubi verò in Syriam rediit, ac Amanum montem superavit, ac multa spe minor à locis regibus auxilia convenit, nec fratrem in æquum certamen descendere videt, nec ad se aliquam transitionem fieri, sed loca circa occupari, ut ne fugæ quidem locus pateret: antequam omni parte circumventus intercluderetur, in maritima Cilicie descendit, fideique publica à Rhodiis accepta, ad illos transfugit. Solvens, antequam altum teneret, sagittam epistola alligata in proximum litus misit ad fratrem, se ejus coactum non contemptu gentilis religionis, ad unicum, quam sibi reliquam fecisset, opem Christianos transire. Rhodii honorificentissimè exceptum in Franciam transtulerunt. Pazaites ad Franciam regem mittit oratores cum libello indice sanctarum reliquiarum, quæ Byzantiæ etiam erant, nihil eis regi Francorum non gratificaturus, modò fratrem colens, alioqui contra se non juvaret. *Amil. lib. 10.*

In conferendi Dignitatem sacram.

Dom bellum Sacrum à Latinis in Asia geritur, & in Europa summo pontificatus cum imperio Cesaribusque decernitur, quòd venia jam consuetudine, Augustus scipionem factum annulatumque pastoralium Episc. cæterisque patribus dabat, cumque sacratum dignitatum vestitum, juraque regia appellabant: contendebantque illa Carolo Magno à Pontifice maximo Adriano cum patriatu, & à Leone cum imperio data, etiam penes se esse. Greg. VII. ac Victor. III. & Urban. II. pontifices maximi, Henrico Cesari, qui Conrado patri Cesari succederat, obistere conati, eum etiam

excretati fuerant. Ille & alendo in summo pontificatu schil. E mate, & armis se tereat: Apulis ductibus pontificem tutantibus, ac Mathilde alia in parte Italia Comite, femina dominatu opibusque ac religione præstantissima. *Amil. lib. 5.* Anno 1179. bellum inter Pisanos & Genuenses est ortum quòd uterque populus Episcopos Cortice apud se conferat volebat. Id per multos in dies annos vario eventu est gestum. *Sign. lib. 10. regn. Ital.*

In conferendi Dignitatem profanam.

Subactò à Friderico I. Imp. Mediolano, Rinaldus cancellarius, Otho Palatinus, Comesque Gozimus Mediolanum, ut Consules designarent, petiverunt. Id ubi populus sensit, rei indignitate perhorrens, que veteris jacturam libertatis afferret, & propterea ad seditionem consensurum, tanto impetu ad eorum hospitium oppugnanda procurrat, ut ne Comitibus quidem Blanderatensibus reclamantis auctoritate deterrerentur. Ita illi vix salvi postridiè infecto negotio discesserunt. Hæc secunde obsidionis Mediolanensis causa fuit. *Sig. lib. 12. regni Ital.*

In Ludorum.

Olympiade centesima quarta, Pisata revocantes antiquam patriæ dignitatem, & fabulosam vutulicæ rationibus usi, ad se pertinere contendebant potestatem Olympiaci conventus habendi. Societas igitur fecerunt cum Arcadibus, Eleorum hostibus, & bellum Eleis intulerunt jam ludos facientibus. Verum cum totius populi copiis resisterent Elei, grave prælium eis commissum, spectantibus confectum Græcis, qui ad panegyrum coronati convenerant, & quiete intentibus notantibusque superatæ magnanimam & virtutem. Pisata tandem in feratis hostibus, sed fecerunt, & Elei hanc Olympiadem postea non reliquis reponendam censuerunt, eò quod per vim & injuriam ab Arcadibus ac Pisais instituta videretur. *Diod. lib. 15.*

In Civitatis.

Cum adversus potentiam equitum, qui iudicis præerant, lege C. Gracchi, senatus M. Livium Drusum tribunum plebis curasset creandum. Livius, quò majoribus viribus causam optumariam teneret, socios & Italicos populos, ut secum consentirent, spe civitatis sollicitavit. Hanc spem cum alie imbibissent Italici omnes, nec Livio repente mortuo dies exolveretur, primum Picentes ceperunt arma. Hos secuti sunt Vestini, Marsi, Latini, Peligni, Marucini, Lucani, Samnites, consilium Sex. Jul. Cæf. L. Marcio Philippo, ab V. C. 662. an. Variè gestum, varia fortuna partium. Tandem Italici populi subacti sunt à diversis Imperatoribus. Historia est à multis conscripta, *Livio, Floro, Plutarcho, Orosio, Vellejo, Appiano.*

Privilegia Mercatorum.

Prius Reges Danorum, quum hoc maximè contenderent, ut Aquilonis regna mercatoribus frequentarentur, invitare alienigenas, datis immunitatibus, quas cum Vvaldemarus violasset, civitates maritumque navibus expeditis duxerit in regiam classem, cui ille filium præfecit Christophorum. Is ædibus bombardæ, ex vulnere brevi diem obiit. Classis veritas non contenta hostes in fugam egisse, ad prædam in terras egressa longè excurreret. Regii classem non satis custoditam invasere: & sex omni numero maiores naves impositis suis abduxerunt. Redeuntes autem qui prædatum abibant, ægrè reliquis in navibus omnia præda revertuntur. Eius classem præfecit Joann. de Vviremburgo consul Lubecensis, ob negligentiam & incuriam Lubecæ gladio cæsus est. Non multò post iterum navigant in Daniam: sunt excursionibus, oppugnantur arces capiunturque Copenhagenæ, Eschenor, Nicoping, Falsterbode, Schonoe, Alsholim. Aberat rex, venenum à suis metuens. Proceres regni cum civitatibus convenere, ut redditis quas occupasset arcibus Scania per annos sedecim tenerent cum omnibus vectigalibus regis, in compensationem damnorum, quæ rex mercatoribus irrogasset. *Cram. 2. lib. 8. V. amald. cap. 37. & 40.*

Leges.

Joan. Anglorum rex leges D. Edwardi se restitutum promiserat. Verum cum promissis non staret, Proceres contra eum conspirantur. Rex omnibus exolvis, legatos ad pontificem Innocentium misit, qui eum de seditione principum doceant, Pontifex sua auctoritate decrevit irritum & inane esse, quicquid immunitatis Joann. paulò antè metu armorum populo dedisset. At opatantes indignati, promissa legum duæ expectata in ludibrium verti, non magò decreto

A tanquam parum æquo non obediunt, sed pontificis iudicium ut iniquum inculantem, arma capiunt. Innocentius omnes, qui contra Joannem arma tulissent, religionis hostes judicavit. Illi Ludovic. Philippi regis Franciæ filium, sibi regem optarunt. Ludovic. cognita Joannis fuga, Londinum pervenit. Pontifex misit legatum ad Philippum regem, qui eum à bello Anglico dehortaretur. At Francus nullis rationibus adduci potuit, ut auxiliium principibus Angliæ negaret. Joannes ab omnibus desertus, amissò etiam in fluminis transitu sceleratissimorum, quem conscripserat, exercitu, præ mortore obiit. Tum principes, tyranni jugo liberati, ne Gallorum armis planè subjicerentur, Henricum III. Joannem F. impuberem etiamnum regem dixerunt, & Ludovicum ex Angliæ eiecerunt. *Polyd. lib. 15. & 16.*

Anglorum principes contra Henricum III. regem conspiraverunt, eò quòd leges, prout promiserat, corrigere discesserit. Henricus pater cum Edovardo F. & Richardo fratre captus est. Sed orta inter principes seditione, liberatus, rex anno tertio hostes pacem petere coegit. *Polyd. lib. 16.*

Libri.

B Epiphanius Salaminis Episc. Constantinopolim adiit, atque ab inimicis Joannis Chrysof. impulsus, ab ipso, ut liberos Origenis, tanquam hæreticos, condemnaret, poposcit. Mox, cum responsum ab eo tulisset, se sine majoris alicujus auctoritate Concilii nihil ejusmodi parraturum, in synaxi apud adem Apostolorum, eos palam, præsepe populo, condemnavit, & Joannem, qui id facere cunctaretur, acti oratione perfrinxit. Cui contra Joannes admonito, quam multa ille in aliena die cæsi contra leges egisset, non leve periculum, si quis ob id tumultus in urbe accenderetur, intendit. Quo ille metu correptus, statim in Cyprum decessit: atque in itinere, inventis sanctitatis opinione relicta, vitam amisit. Ex profecto Joannes perulatus, quæ ab Epiphano tentata fuisset, ea Eudoxia Augusta instinctu patraa fuisset, ira perhorrens, in concione ascendit, atque, ut erat in dicendo promptus, orationem adversus mulieres, quæ adhuc extat, acerbissimam habuit. Quæ una cum Eudoxia exasperata Arcadium, statim convocari Concilium iussit. Ita, cum Episc. Chalcedonem convenissent, qui gravissima adversus eum simulate flagrabant, quòd severius in eorum motes animadverteret, concessim adesse iulerunt, atque Origenis mentione suppressa, calumnias alias intulerunt, & cum accederet noluisse, abentem eo nomine condemnarunt, atque Ecclesiæ spoliarunt. Joannes autem licet à populo sui admodum cupido exire urbe prohibitus, tamen ubi mandatum Imperatoris accepit, fese abducendum adverterat præbuit. Eo verò egresso, usque adeò universi illius desiderio exarserunt, ut etiam ab iniquis injustè damnatus diceretur. Quamobrem ab Arcadio, quòd imminem seditionem timeret, è vestigio revocatus revertit, & cum urbem ingredi, nisi iudicio de se legitimo facto, nollet, à populo introductus, ac solus restitutus est. Non multò post in exitum ab Arcadio iterum pulsus est. Is cum alios, tum Eudoxiam Augustam liberat ad populum concionibus perstringere solitus, demum statum ei non longè ab æde Sapientie postant, ludosque ad eam celebrari capessens, tanquam rem ad dedecus Ecclesiæ pertinemem, reprehendit. Quod in sui contumeliam Eudoxia accipiens, concilium Episcoporum adversus eum vocavit. Quæ re accepta Joannes celebrem illam concionem habuit, cuius initium est: *Herodias iterum insaniæ, iterum commovere, iterum sal. ave pergit, iterum cap. Joannis in disco accipere sudeat.* Quæ Eudoxia animum multò acerris inflammavit. Convocatis Episc. accusatores, qui alias quoque Joannem insinulaverant, iterum prodierunt. Die Palchæus appetentis iudicium actum: præcipue criminum verum est, quòd post priorem abdicationem sine Concilii auctoritate scmet in sede Episcopali locaverat, ea que de re condemnatus est. Imp. primum, ne Ecclesiæ ingrederetur, edixit: deinde post duos menses in exitum pepulit, in quo etiam petiit. Prid. Kal. Octob. cum sexagesimo grandio suburbii Constantinopolis lacerasset, sermo in populo percrebruit, malum istud propter injustam Joannis calamitatem à Deo irato esse immissum: quem sermone mors Eudoxie, quæ quarto post mense contigit, confirmavit. *Sign. lib. 10. Imp. occid.*

Libri.

Curti olim Sabini, in similibus ludis tumulum excitavit. Conules ergo Accii consilium fecerunt, Volcos eo die urbe exire iusserunt. Volci perdidit regis sui ignari, indigni abundi discedunt, jus hospitalitatis violatum vociferantes, quòd nulla causa egerentur. Accius suos magis contra Romanos accendit, donec ad manifestum bellum, quòd odio Romani nominis cupiverat, resperverunt. *Livius lib. 22.*
Petro Ziano Venetorum duce, ex levissima causa, gravissima cum Patavinis orta est discordia. Florebant tum longa pace Taurinorum opes: & quum ludis multaque lascivia, ut fit, in secundis rebus civitas ipsa luxuriaretur, commenta dicitur anno Sal. 1214. tuave ludicrum, ut castellum media urbe peregrinis pellibus, ac eidem valde pretiosis, purpureisque fragulis murorum loco muniretur; ut ingenuæ virgines, quibus locum tuendum destinant, pro galcis coronas aureas haberent, pro thoracibus, & pro brachiorum tegmentis armillas & distissima monilia. Puella elegantis formæ castellum præsidio tenerent: nobilissimi adolescentes virgines æquales arcem oppugnarent: missilia que utrimque jacerent, poma essent, multæque nuges, rose, lilia, alique flores in pilarum speciem conglobati: subiti ad hæc rotæque aque ejaculatus, variaque alia odoramentorum exquisita genera. Is rerum apparatus multos, ut fit, mortales spectandi studio Taurinum traxerat. Veniant & Veneti non pauci, & ex Patavio ad id spectaculum invitati. Sed quum jam loci oppugnatio omnium oculos occupasset, essentque conditorum animi intenti, qua parte primum in castellum ipsum oppugnatores irrumperent accidit, ut Venetorum juvenum globus, occupata repente porta, jam signa esset illaturus. Quod ex Patavinis quidam, qui proximo loco & ipsi virgines oppugnabant, conspiciant, Venetis præsentem gloriam invidentes, factò in signiferum impetu, vexillum, in quo D. Marci effigies erat, illi præceptum ignominiosè lacerarunt. Continuo ex injuria orta est rixa: fuisset; non sine eadem ibidem dimicatum, nisi qui ludis præsidabant (Scardeo, Paulo Sermeolio Patavino hanc laudem pacificationis tribuit) concessim spectaculum edicto solvissent. Discessum est utriusque iratis animis, Patavini suæ culpæ conscientis, Taurinensis in locis assumptis, sine ulla belli denunciatione primas partes occupant: Venetos fines ingressi, subitam inde prædam abduxerunt, resque publico nomine repetitas non modò non reddunt, sed Behinam etiam turrim fluminis impositum oppugnare incipiunt. Ad Behias est pugnam. Aquilejensis antistitis interventu pax secuta his conditionibus, ut quinque & viginti illorum, à quibus Taurinum spectaculo in jura orta erat, Venetias ad principem mitterentur: cuius facti eos, quòd vellet, supplicio afficeret. Eos postea cruditas Venetorum inviolatos dimisit. Ab hoc initio indecessus odii & offensionibus datus locus, donec tandem Patavini imperium magno suo cum bono subiere Venetum. *Sab. lib. 8. Dec. 1. & Bern. Scar. lib. 3. Hist. Pat.*

Venatio.

Crathlinthus Scotorum & Thelargus Picorum reges avitum sædus renovant. Picti quidam ad regem Crathlinthum venandi cum eo causa in Grampium venire. Venabantur Picti, suo more, cervos humulolique canibus in retia urgentibus, circa prata, secus fluenta, prope saltus, dedita opera locata. Quæ si quando evaserant, sequuti atborum ramis operiti, quò magis feris ignoti forent, lassos, humi procumbentes, missilibus petebant, & catapulis. Avertit Scoti id venandi genus, quòd à veteri suo instituto esset alienum. H Propterea ablatiis plagis, arcu, missilibusque, Scotorum more Picti venatui insisterent. Ubi cum suos cantes Scoticis, pulchritudine, velocitate, laboris patientia, simul atque audacia, longè inferiores animadvertissent, quosdam utriusque sexus à Scotis dono accepere: alios clam secum adduxerunt, & inter eos venaticum quendam candore nivali, eximia permititate, & audacia, forma elegantis, quem Crathlinthus in deliciis habebat. Regionum canum præfectus, vi conatus aufferre, à Pictis venabulo transfossus interiit. Tumultuaria inde rixa augete, cæsi sunt ex Scotis sexaginta viri insigni nobilitate, magna cum agrestium multitudine: ex Pictis amplius centum. Hoc initium infelicis belli inter cognatas vicinasque gentes. Junctis non multò post exercitibus concursu, Picti acie superiore duo millia amiserunt, Scoti tria. Vix tandem Carantii exulis Scoti intercessione pax facta, & sociata arma in Britannos versa. *H. Boet. lib. 6.*

Mors principis.

Anno 34. sui imperii cum ob dolorem capitis Justinianus

curi olim Sabini, in similibus ludis tumulum excitavit. Conules ergo Accii consilium fecerunt, Volcos eo die urbe exire iusserunt. Volci perdidit regis sui ignari, indigni abundi discedunt, jus hospitalitatis violatum vociferantes, quòd nulla causa egerentur. Accius suos magis contra Romanos accendit, donec ad manifestum bellum, quòd odio Romani nominis cupiverat, resperverunt. *Livius lib. 22.*

Petro Ziano Venetorum duce, ex levissima causa, gravissima cum Patavinis orta est discordia. Florebant tum longa pace Taurinorum opes: & quum ludis multaque lascivia, ut fit, in secundis rebus civitas ipsa luxuriaretur, commenta dicitur anno Sal. 1214. tuave ludicrum, ut castellum media urbe peregrinis pellibus, ac eidem valde pretiosis, purpureisque fragulis murorum loco muniretur; ut ingenuæ virgines, quibus locum tuendum destinant, pro galcis coronas aureas haberent, pro thoracibus, & pro brachiorum tegmentis armillas & distissima monilia. Puella elegantis formæ castellum præsidio tenerent: nobilissimi adolescentes virgines æquales arcem oppugnarent: missilia que utrimque jacerent, poma essent, multæque nuges, rose, lilia, alique flores in pilarum speciem conglobati: subiti ad hæc rotæque aque ejaculatus, variaque alia odoramentorum exquisita genera. Is rerum apparatus multos, ut fit, mortales spectandi studio Taurinum traxerat. Veniant & Veneti non pauci, & ex Patavio ad id spectaculum invitati. Sed quum jam loci oppugnatio omnium oculos occupasset, essentque conditorum animi intenti, qua parte primum in castellum ipsum oppugnatores irrumperent accidit, ut Venetorum juvenum globus, occupata repente porta, jam signa esset illaturus. Quod ex Patavinis quidam, qui proximo loco & ipsi virgines oppugnabant, conspiciant, Venetis præsentem gloriam invidentes, factò in signiferum impetu, vexillum, in quo D. Marci effigies erat, illi præceptum ignominiosè lacerarunt. Continuo ex injuria orta est rixa: fuisset; non sine eadem ibidem dimicatum, nisi qui ludis præsidabant (Scardeo, Paulo Sermeolio Patavino hanc laudem pacificationis tribuit) concessim spectaculum edicto solvissent. Discessum est utriusque iratis animis, Patavini suæ culpæ conscientis, Taurinensis in locis assumptis, sine ulla belli denunciatione primas partes occupant: Venetos fines ingressi, subitam inde prædam abduxerunt, resque publico nomine repetitas non modò non reddunt, sed Behinam etiam turrim fluminis impositum oppugnare incipiunt. Ad Behias est pugnam. Aquilejensis antistitis interventu pax secuta his conditionibus, ut quinque & viginti illorum, à quibus Taurinum spectaculo in jura orta erat, Venetias ad principem mitterentur: cuius facti eos, quòd vellet, supplicio afficeret. Eos postea cruditas Venetorum inviolatos dimisit. Ab hoc initio indecessus odii & offensionibus datus locus, donec tandem Patavini imperium magno suo cum bono subiere Venetum. *Sab. lib. 8. Dec. 1. & Bern. Scar. lib. 3. Hist. Pat.*

Venatio.

Crathlinthus Scotorum & Thelargus Picorum reges avitum sædus renovant. Picti quidam ad regem Crathlinthum venandi cum eo causa in Grampium venire. Venabantur Picti, suo more, cervos humulolique canibus in retia urgentibus, circa prata, secus fluenta, prope saltus, dedita opera locata. Quæ si quando evaserant, sequuti atborum ramis operiti, quò magis feris ignoti forent, lassos, humi procumbentes, missilibus petebant, & catapulis. Avertit Scoti id venandi genus, quòd à veteri suo instituto esset alienum. H Propterea ablatiis plagis, arcu, missilibusque, Scotorum more Picti venatui insisterent. Ubi cum suos cantes Scoticis, pulchritudine, velocitate, laboris patientia, simul atque audacia, longè inferiores animadvertissent, quosdam utriusque sexus à Scotis dono accepere: alios clam secum adduxerunt, & inter eos venaticum quendam candore nivali, eximia permititate, & audacia, forma elegantis, quem Crathlinthus in deliciis habebat. Regionum canum præfectus, vi conatus aufferre, à Pictis venabulo transfossus interiit. Tumultuaria inde rixa augete, cæsi sunt ex Scotis sexaginta viri insigni nobilitate, magna cum agrestium multitudine: ex Pictis amplius centum. Hoc initium infelicis belli inter cognatas vicinasque gentes. Junctis non multò post exercitibus concursu, Picti acie superiore duo millia amiserunt, Scoti tria. Vix tandem Carantii exulis Scoti intercessione pax facta, & sociata arma in Britannos versa. *H. Boet. lib. 6.*

Mors principis.

Anno 34. sui imperii cum ob dolorem capitis Justinianus

A in conspectum populi non prodiret, divulgatus est Constantini rumor de morte eius. Itaque tumultuatum est, direptaque tabernae & mancipia. Circa horam ix. praefectus mandato Imperatoris lumina per totam urbem succendit, quibus regem saluum esse indicabatur. Ea res tumultum sedavit. Cedrenus.

Turci quantum reges in vita venerantur, tantum iis mortuis tumultus ac seditiones excitant, at ita diripiunt, domos spoliant, & nihil, quod ad locupletandum proficit, omittunt. Cyp. A. D. in Turcorum Historia.

Post obitum Matthiae regis quietem aliquandiu Hungaria à Turcis habuit, donec Bajazethes II. motu terrae commotus (qui Constantinopoli octingentas domos prostraverat, ac homines plus ter mille vel obtulerat, vel fulmine adusserat) rursus arma in Hungaros resumeret, eam calamitatem Mahometi furori attribuens, quod nimis diu adversus Christianos cessasset. Ergo Turca agros in Bosnia ad Hungariam pertinentes vastavit, omnia terrore complens, & ad expugnandam arcem Sabatiam, quam nuper Matthias recuperaverat, se convertit. Verum magna clade obsidionem relinquere coacti fuerunt. Dabr. av. lib. 31. Religio.

Cons. Tit. Religionis aliene adiuvum, correctio. Illic Pietatis religiose ex professo, tanquam subiecti, habetur ratio: hic Inimicitia.

